



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Psalmi, Sev Precationes D. Ioan. Fisheri Episcopi  
Roffensis**

**Fisher, John**

**Lvgdvni, 1572**

Psalmvs VII. Pro recti viuendi directione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41688**

**A**D te Domine Deus animum leuo-  
In te cōfido Domine Deus, ne con-  
fundar, ne lātentur de me inimici mei.

Vias tuas Domine notas fac mihi, se-  
mitis assuefacito me.

Dirige in veritate tua, & instrue me,  
quia tu es Deus Saluator meus, te expe-  
cto omni die.

Dulcis & rectus tu Domine, & pro-  
pterea reducis errantes in viam tuam.

Dirigis mansuetos in iudicio tuo, do-  
ces mites testimonia tua.

Tu sanas contritos coide, & dolores  
eorum mitigas.

Sustentas omnes qui casuri sunt, & o-  
mnes collapsos erigis.

Tu das visum cæcis, & soluis vincitos.

Propè es omnibus qui te inuocant,  
dummodò te inuocent in veritate.

Voluntatem timentium te facis, &  
preces eorum exaudis, eosque saluas.

Miserere mei Deus, miserere mei,  
quia in te confidit anima mea.

Certè ad te respicit anima mīa, à te e-  
nim salutare meum, gloria mea, & robur

D iiiij

Propter temetipsum Domine Deus,  
ne imputes mihi peccata mea.

Errores omnes non intelligo, circum-  
voluunt me mala, quorum non est nu-  
merus, apprehenderunt me iniqüitates  
meæ, & videre non possum.

Sit manus tua mihi in auxilium, & di-  
rigat me in omnibus operibus meis.

Perfice gressus meos in vijs tuis, ut  
non dominetur mei omnīs iniqūitas.

Pone custodiam ori meo, & serua o-  
stium labiorum meorum.

Sint placentes sermones oris mei, &  
meditatio cordis in cōspectu tuo semper.

Ne recedat de ore meo sermo verita-  
tis, & cor meum malitia non inhabitet.

Domine, eruc animam meam à labijs  
mendacij, & à lingua dolosa libera me.

Verbum verum & sanctum insere in os  
meum, & otiosos sermones longè à me  
semoueas.

Redime me à calumnijs hominū, se-  
cundum iudicium tuum moderare me.

Auerte oculos meos ne vana videant,  
in via tua illos fige.

Fornicationem & immunditiam om-  
nem

nem aufer à me , & amor carnis non me  
decipiat

Etiā superbia libera animam meā,  
ne dominetur in me , & tunc immacula-  
tus ero à peccato maximo.

Ab omni via mala prohibe pedes  
meos, ne deflectāt vestigia à semitis tuis.

Oculi mei ad te Domine , quoniam  
propè es, & omnes viæ tuæ veritas.

Misericordiæ tuę multę Domine,bea-  
tus ille quisquis in te confidit.

Ego enim cum dicerem tibi , moti  
sunt pedes mei : misericordia tua Domi-  
ne statim sustentauit me.

Doce me facere voluntatem tuam , &  
deduc me per semitam rectā , quia Deus  
meus es tu.

O Domine salua animam meam, & de-  
poteestate tenebrarum redime me.

Illumina faciem tuam super seruum  
tuū, quia ad te confugi ô Domine Deus.

Respice ad me , & miserere mei, quia  
solus & pauper sum ego:

Custodi animam meam & eripe me,  
ne confundar, quoniam in te sporaui.

Domine Deus , ne derelinquas me,  
quanquam nihil boni fecerim coram te.

Præsta mihi pro bonitate tua , saltem  
modò assumere initia bene viuédi.Amen

*PSALMVS VIII. VT  
protigatur ab inimicis.*

**D**eus omnipotens , scrua me ab ini-  
micis meis , & in virtute fortitudinis  
tuæ protege me.

Custodi animam meam quoniam san-  
ctus es tu,saluum fac seruum tuum,qui in  
te confidit.

Alieni enim quotidie me oppugnât, &  
animam meam quærunt, vt perdât eam.

Deus adiuua me , Domine ab insur-  
gentibus libera me.

Deus in adiutorium meum intende:  
Domine vt me iuues festina.

Esto mihi in protectionem,& in locum  
munitum, vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea , & refugium  
meum es tu , propter nomen tuum de-  
duc me, & dirige me.

Mi Deus, eripe me de manibus inimi-  
corum meorum,ne proicias me in tem-  
pore tribulationis , cum omnis defecit  
mea virtus.

Aduua me Domine Deus,& salua me  
propter misericordiam tuam.

Miserere